

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

VOL. XXXIX

SEPTEMBER, 1965

NUMBER 441

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

I

De loco Patriarcharum Orientalium in Sacro Cardinalium Collegio

PAULUS PP. VI

Ad PURPURATORUM PATRUM Collegium animum Nostrium intendentes, quaedam constituere opportunum censemus, quibus in eodem amplissimo Summi Pontificis Consilio honoratior posthac tribuatur locus Patriarchis Orientalibus, in supremum Ecclesiae Senatum allectis.

Itaque, derogantes quantum opus est canoni 231 § 1 Codicis Iuris Canonici, Nostris hisce Litteris motu proprio datis, ea quae sequuntur decernimus.

I. Patriarchae Orientales, qui in Patrum Cardinalium Collegium relati fuerint, ordini Episcopali eiusdem Collegii accensebuntur.

II. Hi tamen, cum suam Patriarchalem sedem retineant, nullius dioecesis suburbicariae titulo augebuntur nec ad clerum Urbis pertinebunt.

III. Lex de qua supra (nn. I et II) ad eos etiam Cardinales spectat, qui nunc officio Patriarchali in Oriente potiuntur. Qui propterea, amisso titulo in Urbe, ex ordine Presbyterali ad ordinem Episcopalem ipso iure transferuntur, et in eodem obtinent locum iuxta normas, quae subeunt.

IV. In Cardinalium Collegio priores locos ordinatim obtinent Decanus et Subdecamus; quos proxime sequuntur alii Cardinales Episcopi, qui dioecesibus suburbicariis vel praesunt vel ab ipsis titulum sumunt. Hae enim dioeceses, ad historiae fidem, peculiari modo cum Urbe Roma, Nostri episcopatus sede, semper coniunctae sunt, cumque ea aliquid unum quodammodo effecerunt.

V. Deinde in eiusdem sacri Collegii ordine Episcopali singularem locum obtinent, suae dignitati congruum, Cardinales Patriarchae ex Oriente, ratione habita et temporis et dispositionis, quibus quisque in Purpuratorum Patrum numerum cooptatus est.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XI mensis Februarii, anno MDCCCCLXV, Pontificatus Nostri secundo.

PAULUS PP. VI

II

De electione Decani et Subdecani Sacri Cardinalium Collegii

PAULUS PP. VI

SACRO CARDINALIUM CONSILIO, cuius momentum et gravitas quantum nostris hisce diebus aucta sint neminem latet, iteratas cogitationes adhibendas hodie esse censemus, ut translationem Iuris Canonici normam immutantes novam inducamus in successionem sive Decani sive Subdecani eiusdem amplissimi Consilii. Placet videlicet Nobis, ut in posterum duo haec officia non iam ipso iure ii Cardinales adipiscantur, qui *antiquiores sint promotione ad aliquam Sedem suburbicariam* (cfr. can. 237 § 1), sed quos Collegae, dioecesium suburbicariarum Episcopi vel harum titulo ornati, suis suffragiis ad istiusmodi munera designaverint.

Quapropter, derogantes quantum opus est canoni 237 § 1 et § 2 Codicis Iuris Canonici, Nostris hisce Litteris motu proprio datis, ea quae sequuntur statuimus.

I. Primum omnium, volumus ut cum Decanus tum Subdecanus ex Cardinalibus dumtaxat deligantur, qui Sedium suburbicariarum vel Episcopi sint vel titulum gerant; cum hinc Cardinales Decanus et Subdecanus munera sua Romae explere debeant, illinc vero, vi can. 238 § 1 et § 2, Cardinales Episcopi suburbicarii obligatione teneantur residendi in Curia.

II. Quam ob rem, ubi vacaverit officium Decanatus Sacri Collegii, Cardinales sive Episcopi diocesium suburbicariarum sive harum titulo decorati, iique tantum, praesidente Subdecano, si adsit, aut antiquiore ex ipsis, e coetus sui gremio virum eligent, qui Decanum Sacri Collegii agat; atque eius nomen ad Summum Pontificem deferent, qui unus illud probare poterit.

III. Hanc electionis formam quoad omnia tunc etiam servari volumus, cum Subdecanatus officium vacaverit; quo tamen in casu, eligenti coetui Cardinalis Decanus praeerit.

IV. Quam sive Decani sive Subdecani eligendi rationem, de qua in nn. I, II et III egimus, in posterum semper servari iubemus.

V. Cardinali Subdecano iam ius posthac non competet, ut ipso facto in Decanatum vacantem succedat, sed ut tantummodo Decani impediti vices sustineat.

VI. Quod ad munera attinet Decani et Subdecani Sacri Collegii, his condicionibus electorum, nihil immutandum esse censemus de normis nunc vigentibus.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXVI mensis Februarii, anno MDCCCCLXV, Pontificatus Nostri secundo.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae Sanctissimo Nomini Iesu Caebuae dicatae conferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Ut clarificetur nomen Domini Nostri Iesu Christi » (*II Thess.*, 1, 12), convertit ad se fidelium animos templum Caebuanum, antiquitate insigne, arte commendatum, religione clarissimum. Quaemadmodum nunc conspicitur, fuit quidem anno MDCCXL excitatum, tamen subsecutum est sacras aedes prius ibidem exstructas. Quarum prima est utique digna, quae memoretur, siquidem ante quattuor saecula, anno videlicet MDLXV, Evangelii praecones, nominatim Andreas de Urdaneta, ex Ordine Sancti Augustini, « magno vir ingenio, auctor prosapiae apostolorum », ut ait Pius Pp. XII, Decessor Noster (cfr. Nuntium radioph. v Dec. MCMLIV; A. A. S. XLVI, 1954, p. 719), postquam Caebuanam terram attigerunt, eo in loco, ubi venustum simulacrum Iesu Infantis, in priore expeditione advectum, reppererant, catholici cultus et pietatis sedem aedificarunt. Quae, Nomini Iesu sacra, mater et caput exstitit omnium ecclesiarum Insularum Philippinarum. Profecto his nova tunc aetas, christiana scilicet, est orta, quae, ad religionem remque civilem quod attinet, maximas attulit utilitates et incrementa. Praedictum vero templum, quo Caebua nunc ornatur, est opere nobile, utpote cum egregias architectandi rationes, praesertim genus structurae quod barocum et coloniarum proprium vocant, praeferat, molis amplitudine sit spectabile, marmore aliisque rebus pretiosis renideat. Anno MCMXLI publicis monumentis Nationis Philippinarum Insularum merito accensum, his temporibus, instante sollemni celebratione quarti expleti saeculi a Fide christiana invecta, haec ecclesia ex parte est eleganti manu refecta novoque aucta splendore. Eadem vero dilau-

datur non solum qua artis studiosi et historici habent quod admirentur, sed etiam ac quidem potissimum, quia praecipuum est pietatis domicilium, qua catholicus populus earundem Insularum inflammatur. Ex tota enim Natione fideles turmatim eo accedunt, ut Iesum Infantem, religiose ibidem propositum, impensis colant obsequiis et munera impetrent superna; scilicet ad fontem, unde olim vitam acceperunt et continenter possunt haurire, alacres et perfrequentes solent venire. Ad eos igitur transferri queunt haec verba Sancti Augustini, quibus sensus animi sui, caritate saucii, Deo aperuit: « nomen Salvatoris mei, Filii tui, in ipso adhuc lacte matris tenerum cor meum pie biberat et alte retinebat » (*Confess.* III, 4, 8; *PL* 32, 686). Est denique commemorandum in eiusdem templi officiis religiosos sodales, qui ab illo Episcopo Hipponensi et Ecclesiae lumine appellationem traxerunt, sufficientes numero sedulo versari. Ad amplificandam autem dignitatem inclitae huius aulae Iesu Infantis, Venerabilis Frater Iulius Rosales, Archiepiscopus Caebuanus, ac dilectus Filius Lucianus Rubio, Prior Generalis Ordinis Sancti Augustini, Nos rogaverunt, ut ei Basilicae nomen et ius tribueremus. Quibus precibus paterno libentique animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Caebuanam ecclesiam Sanctissimo Nomini Iesu dicatam ad honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis hoc nomine insignitis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die I mensis Aprilis, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri secundo.

✠ HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

Prot. N. 2791/65

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

Cum munus Praesidis Pontificii Operis a Fidei Propagatione et munus Praesidis Pontificii Operis a S. Petro Apostolo in Insulis Philippinis vacaverint, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, attento favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Caroli Martini, Archiepiscopi tit. Abaritani et Apostolici in Insulis Philipinis Nuntii, per praesens Decretum ad eadem munera Rev.mum P. FRIDERICUM LIMON, Societatis Verbi Divini sodalem, eligit ac nominat cum omnibus iuribus et privilegiis eisdem muneribus adnexis.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 13 mensis julii a.D. 1965.

(Sgd.) G. P. Card. AGAGIANIAN
Praef.

(Sgd.) Eduardus PECORAIO
Subsecr.

SACRA RITUUM CONGREGATIO

DECRETUM GENERALE

Ritus concelebrationis et communionis sub utraque specie promulgantur.

Ecclesiae semper curae fuit, in sacrorum mysteriorum celebrationibus ordinandis et instaurandis, ut ipsi ritus inexhaustas divitias Christi, quas continent et bene dispositis communicant, etiam optimo quo fieri potest modo, manifestent, atque ita facilius animos et vitam fidelium imbuant, qui eos participant.

Hoc autem peculiari studio attendit Ecclesia, quando agitur de celebranda Eucharistia: eius enim diversas formas ita comparat et ordinat, ut Sacrificii eucharistici diversos aspectus exprimant et christifidelibus inculcent.

In omni enim forma, quamvis simplici, qua Missa celebratur, omnes dotes et proprietates vigent, quae, ipsa sua natura, sacrosancto Missae Sacrificio necessario conveniunt. peculiari tamen ratione inter eas hae recensentur.

Imprimis quidem unitas Sacrificii Crucis, quatenus multae Missae nonnisi unicum Sacrificium Christi representant,¹ et ex eo rationem Sacrificii sortiuntur quod sunt memoriale immolationis cruentae in cruce peractae, cuius fructus per hanc incruentam percipiuntur.

Deinde unitas sacerdotii, quatenus multi quidem sunt sacerdotes qui Missam celebrant, singuli tamen non sunt nisi ministri Christi, qui per eos suum Sacerdotium exercet atque, ad hunc finem, singulos per sacramentum Ordinis, eiusdem sui Sacerdotii participes specialissimo modo efficit. Proinde etiam cum singuli Sacrificium offerunt, omnes tamen id virtute eiusdem Sacerdotii faciunt et in persona Summi Sacerdotis agunt,

¹ Cfr. Concilium Trid., Sess. XXII, cap. 1.

cui integrum est sive per unum sive per multos simul sacramentum sui Corporis et Sanguinis consecrare.²

Actio demum totius populi Dei clarius apparet; omnis siquidem Missa, utpote celebratio illius sacramenti quo continenter vivit et crescit Ecclesia,³ et in qua ipsa germana natura eiusdem Ecclesiae praecipue manifestatur,⁴ est, magis etiam quam omnes ceterae actiones liturgicae,⁵ actio totius populi sancti Dei, hierarchice ordinati et agentis.

Haec porro triplex praerogativa quae omni Missae convenit, singulari modo in ritu quo plures sacerdotes eandem Missam concelebrant quasi ob oculos ponitur.

Nam in hac ratione Missam celebrandi plures sacerdotes, in virtute eiusdem Sacerdotii et in persona Summi Sacerdotis simul una voluntate et una voce agunt, atque unicum Sacrificium unico actu sacramentali simul conficiunt et offerunt, idemque simul participant.

Quare in huiusmodi Sacrificii celebratione, quam simul fideles, conscie, actuose atque modo communitatis proprio participant, praesertim si praeest Episcopus, vere habetur praecipua manifestatio Ecclesiae⁶ in unitate Sacrificii et Sacerdotii, in unica gratiarum actione, circa unicum altare cum ministris et populo sancto.

Hoc modo sane, per ritum concelebrationis veritates magni momenti, quae vitam spiritualem et pastorem sacerdotum atque christianam fidelium institutionem respiciunt, vivide proponuntur et inculcantur.

His itaque rationibus, multo magis quam aliis ordinis mere practici, diversis quidem modis et formis, concelebratio mysterii eucharistici inde ab antiquitate in Ecclesia agnoscitur, et diversimode evoluta, tam in Oriente quam in Occidente, usque ad praesens tempus in usu remansit.

Iisdem autem ex rationibus factum est ut iam rei liturgicae periti investigationes peragerent atque vota proferrent de exten-

² Cfr. S. Thomas Aq., *S. Th.* III, 82, a. 3. ad 2 et ad 3.

³ Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de Ecclesia*, art. 26.

⁴ Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 2 et 41.

⁵ Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 26.

⁶ Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 41.

denda facultate Missam concelebrandi et de aptiore instauratione huius ritus facienda.

Demum Concilium Vaticanum II, re probe perpensa, facultatem concelebrandi ad plures casus extendit et statuit novum ritum concelebrationis conficiendum esse, Pontificali et Missali Romano inserendum.⁷ Ideo SS.mus D. N. Paulus Papa VI, Constitutione de sacra Liturgia Concilii Vaticani II sollemniter approbata et promulgata, Consilio ad eandem Constitutionem exsequendam deputato mandavit ut ritum servandum in concelebratione Missae quam primum pararet. Quem ritum pluries examini consultorum et membrorum subiectum et perpolitum, Consilium, die 19 mensis iunii anno 1964, unanimiter ratum habuit, statuens ut, si SSmo Domino placuisset, antequam definitive approbaretur, eius experimenta practica fierent in variis Orbis partibus et diversis in adiunctis.

Sacrosancti autem Concilii voluntati pariter obsecundans, idem Consilium ad Constitutionem de sacra Liturgia exsequendam deputatum etiam ritum communionis sub utraque specie redegit, in quo et casus et formae definiuntur quibus tum clericis tum religiosis tum laicis licet Eucharistiam sub utraque specie sumere.

Per aliquot igitur menses, tum circa ritum concelebrationis tum circa ritum communionis sub utraque specie, multa experimenta, optimo quidem cum fructu, ubique terrarum facta sunt, et de iisdem relationes ad Consilii Secretariam missae, additis quoque animadversionibus et votis, quibus attentis, uterque ritus ultimo expolitus est, atque ab Em.mo Domino Iacobo S. R. E. Card. Lercaro, eiusdem Consilii Praeside, Sanctitati Suae delatus.

Beatissimus Pater, postquam ea qua par est consideratione utrumque ritum perpendit, in hac re auxilium ferentibus sive supra memorato Consilio, sive hac Sacra Rituum Congregatione, eum in Audientia die 4 martii anno 1965 Arcadio Mariae S. R. E. Card. Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, concessa, in omnibus et singulis speciali modo approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit, ab omnibus a

⁷ Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 57 et 58.

die 15 aprilis anno 1965, feria quinta in Cena Domini, sedulo servandum, et in Pontificali et Missali Romano accurate exscribendum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Die 7 Martii 1965.

IACOBUS CARD. LERCARO
Archiepiscopus Bononiensis
Praeses Consilii ad exsequendam
Constitutionem de sacra Liturgia

ARCADIUS M. CARD. LARRAONA
Praefectus

L. ✝ S.

Ferdinandus Antonelli, O.F.M., *a Secretis*

DECRETUM

Variationes in Ordinem Hebdomadae sanctae inducendae eduntur

Quamplures Episcopi ab Apostolica Sede petierunt ut, iam proxima feria quinta in Cena Domini, facultas ipsis tribueretur Missam chrismatis concelebrandi. Tali enim modo, sacerdotibus ex variis dioecesis regionibus circum Episcopum coadunatis, et cum eo tam in celebranda Eucharistia quam in Oleis sacris benedicendis concelebrantibus, apte elucet sive unitas presbyterorum cum Episcopo, sive ipsius Pastoris momentum in vita liturgica dioecesis, qui «sacerdos magnus sui gregis habendus est, a quo vita suorum fidelium in Christo quodammodo derivatur et pendet» (*Const. de sacra Liturgia*, art. 41).

Cum autem Constitutio de sacra Liturgia (art. 57, 1º a) praevideat ut, edito ritu concelebrationis, facultas sit singulis Episcopis Missam chrismatis concelebrandi, opportunum visum est etiam, et textus Missae aliquatenus recognoscere, quo melius

fini huius Missae responderent, et ritum benedictionis Oleorum, iam ante eius instaurationem definitivam, una cum recognitione totius Pontificalis Romani suo tempore peragendam, simpliciore reddere, quo aptius celebrationi huius diei inseratur, et actiosa fidelium participatio facilius reddatur.

Insuper, hac eadem arrepta occasione, qua nonnullae variationes in Ordinem Hebdomadae sanctae inducuntur, congruum visum est etiam unam aliamve locutionem, in orationibus solemnibus feriae VI in Passione et Morte Domini occurrentem, aptare, ut spiritui et decretis de re oecumenica sacrosancti Concilii Vaticani II congrueret.

Quapropter, de mandato Summi Pontificis, Consilium ad Constitutionem de sacra Liturgia exsequendam deputatum praefatas variationes in Ordinem Hebdomadae sanctae inducendas diligenter perpendit ac paravit, atque haec Sacra Rituum Congregatio, eodem Summo Pontifice approbante, has variationes edendas esse decrevit, ab omnibus, ab Hebdomada sancta huius anni, sedulo servandas.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Die 7 Martii 1965.

| | |
|---|----------------------------|
| IACOBUS Card. LERCARO | ARCADIUS M. CARD. LARRAONA |
| <i>Archiepiscopus Bononiensis</i> | <i>Praefectus</i> |
| <i>Praeses Consilii ad exsequendam</i> | |
| <i>Constitutionem de sacra Liturgia</i> | |

L. ✙ S.

Ferdinandus Antonelli, O.F.M., a Secretis

DECRETUM

Facultas conceditur legendi Evangelium Passionis Domini ab iis qui in ordine diaconatus non sunt constituti.

Plures locorum Ordinarii ab Apostolica Sede petierunt ut, attenta difficultate habendi tres diaconos vel tres sacerdotes qui,

ad normam art. 50 et 51 *Instructionis* diei 26 Septembris 1964, Evangelium Passionis et Mortis Domini proferrent, assumi possent, pro necessitate, etiam tres lectores vel idonei ministrantes.

Et Sacra haec Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Ss.mo Domino nostro Paulo Papa VI tributis, indulget ut, deficientibus uno, vel duobus vel etiam tribus diaconibus vel sacerdotibus, Evangelium Passionis et Mortis Domini proferri possit ab aliis clericis, vel etiam laicis, habitu tamen liturgico indutis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Die 25 Martii 1965.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. ✙ S.

Ferdinandus Antonelli, O.F.M., *a Secretis*

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Sectio de Indulgentiis)

DECLARATIO

Sacra Paenitentiaría Apostolica declarat sacerdotes omnes, qui vi facultatis eisdem concessae per Instructionem ad executionem Constitutionis de Sacra Liturgia recte ordinandam, obiecta pietatis, de quibus in Rituali Romano Tit. IX, cap. X, n. 4 et cap. XI, n. 2 et sequentibus, adhibita praescripta formula rite benedicunt, eadem obiecta, donec aliter statuatur, Indulgentiis nunc vigentibus insimul ditare.

Facta autem relatione Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI in Audientia habita ab infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 2 Februarii vertentis anni, Sanctitas Sua declarationem approbavit, confirmavit et publicandam permisit, simulque benigne statuere dignatus est ipsam a die 7 Martii 1965 vim habere.

Datum Romae, e S. Paenitentiaría Apostolica, die 6 Martii 1965.

F. Card. CENTO
Paenitentiarius Maior

I. SESSOLO
Regens

DECLARATIO

De interpretatione n. 23 in Motu Proprio «Pastorale munus»

Ad omnem tollendam dubitationem quoad interpretationem n. 23 in Litteris Apostolicis «Pastorale munus» die XXX mensis novembris anno MCMLXIII Motu Proprio datis et facultates spectantibus atque privilegia quaedam Episcopis concessa, Summus Pontifex Paulus Pp. VI hanc novam praefati numeri textus formulam dignatus est aprobare divulgandam:

«23. Permittendi ut, accedente gravi causa, interpellatio coniugis infidelis ante baptismum partis quae ad fidem convertitur fieri possit; necnon, gravi pariter de causa, ab interpellatione, *sive ante sive post baptismum* partis quae convertitur, dispensandi; dummodo hoc in casu ex processu saltem summario et extraiudiciali constet interpellationem fieri non posse, vel fore inutilem».

Die XXVIII mensis novembris a MCMLXIV.

SACROSANCTUM

CONCILIIUM OECUMENICUM VATICANUM II

Quarta Oecumenicae Synodi periodus indicitur

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia hac die infrascripto impertita, statuere dignatus est ut quarta Ss. Concilii Oecumenici Vaticani Secundi periodus initium habeat die XIV mensis Septembris, in festo Exaltationis S. Crucis, anno MCMLXV; qua periodo exacta, memorato Concilio finis imponetur.

Ex Aedibus Vaticanis, die IV mensis Ianuarii, anno MCMLXV.

✠ HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM DE SACRA LITURGIA

Vatican City, June 30, 1965

The liturgical revival which we are witnessing is an event which consoles and encourages us to continue the work which has been initiated, so that, not only a few chosen ones, but all the holy People of God, within the Church and without, may share the spiritual renewal so desired by the Second Vatican Council.

We are moved and amazed as we assist at this new "passage of the Holy Spirit of God over His Church," as the late Holy Father Pius XII so prophetically said nine years ago at the audience which followed the First International Congress of Pastoral Liturgy at Assisi. We can now see the unfolding and gradual setting in place of this "new manner of spiritual formation," to which the Supreme Pontiff now happily reigning has frequently made reference; pointing to it as one of the more precious fruits of the Council. It does not seem presumptuous to say that Vatican II will go down in history as the Council which so courageously brought about a reform of the sacred Liturgy, giving it a form at once more splendid and effective.

If anyone of us were to describe, sincerely and objectively, what has taken place in the churches of the world since March 7th, he would have to use the words: "Mirabilia Dei". Ample

evidence of this is to be found in the reports from individual nations, now being published in "Notitiae", the official news bulletin of the "Consilium", reports which are completely trustworthy since they are, as a rule, written by the President or a qualified member of the National liturgical Commission. In their very brevity, these reports proclaim that the Church in all parts of the world is facing a new spring already in full bloom.

Nor is it hazardous to predict that this vigorous spiritual revival will develop more and more as the faithful, becoming once again conscious that they are the People of God, share more and more fully in the mystery of the sacred Liturgy. So we must expect in the whole world, and not just in some privileged nations, a reflowering of Christian life and of heroic sanctity, particularly among the laity as they come more and more in contact with the most authentic sources of grace. While all this cannot but console all of us who are the instruments of the "manifold grace of God" (I Pt 4,10) within souls, nevertheless we cannot fail to be preoccupied lest this fulness of life become enfeebled and the river of grace which "refreshes the City of God" (Ps 45,5) be dispersed into tiny rivulets doomed to dry up. And this could happen at a time when the one centralized control of liturgical discipline is gradually passing from the Center to the outposts, unless care be taken to see that unity of purpose and action, in the highest sense, do not deteriorate into multiplicity.

And since on this bright dawn of a newly acquired liturgical activity, some scattered clouds do not cease to obscure its shining light, and this too because in many nations there are about to be held liturgical weeks and conferences, at national and diocesan levels, for the study of the proper application of recent norms and liturgical Documents, the "Consilium" has thought it opportune to communicate to Your Excellency, and through you to the other bishops and priests, both diocesan and religious, in your Nation, some clarifications which should be kept

in mind as guiding lines for a more fruitful and efficacious liturgical action.

1. The new liturgical norms have been drawn up with a certain flexibility which permits adaptation and hence, greater pastoral effectiveness. This does not mean that every priest can act freely and reconstruct at his whim the sacred rites of the Church. Above all, there is need to realize clearly to whom the Church has given the right to make these adaptations, and in the second place, how far these adaptations extend in accordance with the tenor of these instructions.

2. It must moreover be pointed out the development and the growing sense of "brotherhood" and "family" which the liturgy develops and diffuses, and is one of the most pleasant fruits of the sacred rites according to the new changes, cannot and must not stifle that hierarchical sense of the Church. This must be expressed by an harmonious and disciplined cooperation of the "presbyterium" with the bishop, with the college of Bishops united in the Episcopal Conference, and of all with the Vicar of Christ. Such cooperation will take away nothing from the perennial freshness and effectiveness of pastoral experience in touch with life, and will prevent arbitrary decisions, unjustified diversity in methods—and too, the danger that the laity in their turn, ever more involved as they are in the life of the Church, may feel less truly and actually "people" and "family of God", and begin to complain and murmur like the Israelites against Moses and Aaron.

Unity will not prevent nor stifle variety but will express itself in variety, preventing it from becoming anarchy.

And Christian obedience, the virtue of sons and a manifestation of charity, will be both bond and guarantee of union and unity.

3. The "Consilium" has been working intensively for 15 months with 40 study-groups of experts within the framework of a commission of 43 Bishop-members who form the core of

the group. But a reform of the whole liturgy which is substantial and fundamental in character requires more than a day; it needs time, research, elaboration and examination; and patience on the part of all concerned. Would Your Excellency please stress these ideas to the clergy, so that an end may be put to those personal initiatives so harmful and inconclusive; lacking the blessing of God, they are bound to fail.

Such initiatives do harm to the piety of the faithful and to the sound and holy renewal that is in progress; then too, they bring disdain on our work, since, being arbitrary initiatives, they end by casting an unfavorable light on the whole of a work which has been carried on with circumspection, a sense of responsibility, prudence and a complete awareness of pastoral needs. This work will not last forever; in fact, we are pledged to not protract it beyond what is absolutely necessary. So we ask that the sure and precise pace of the renewal be not disturbed by individualistic interference.

On the other hand, these who consider that they can offer constructive suggestions will be doing a true work of charity in sending their proposals to the "Consilium" which will weigh them with care, so that the reform may be the work of all the holy Church.

4. In this period of transition, there remains in full force all the former liturgical legislation which has not been abolished by official and explicit declarations.

There are then, as rules of action: the **liturgical Constitution**, the **Motu Proprio**, the Instruction, authoritatively interpreted by the Sacred Congregation of Rites and the "Consilium", and the norms laid down by the Episcopal Conferences with legislative powers.

It is not licit to go beyond these limits; thus, it is not permitted for anyone to make "experiments" without explicit authorization. The "Consilium" has never given authorizations of general character, especially since the Constitution provides

for experiments of limited nature for a locality selected and prepared for them, and for a well defined period and subject to the supervision of ecclesiastical authority. Any permission in this field will always be given in writing and communicated to competent Authority with an indication of the limits within which the experiment must be carried out. Any initiative, then, which is in contradiction to the actual dispositions of the law, must be considered as personal and arbitrary action and as such forbidden by the "Consilium".

But while it is required that we remain within the limits of the Church's authentic legislation, it is likewise necessary to secure complete actuations on the part of all concerned, of the new regulations laid down in the documents of the Council and in the documents that concern their application. In actual fact, the work of renewal within the Church suffers equal harm through either the ill-considered activities of some, or the inactivity of others, who take no part whether because of lack of understanding or simply want of initiative. The words of the Holy Father on this point are decisive: "We must now recognize that with the Council a new manner of spiritual training has begun: this in fact is the Council's great innovation. And we, for our part must not hesitate to become, first of all, pupils in this new schooling in prayer, and then the upholders of it. It may well be that these reforms will affect certain cherished and perhaps worthy practices; it may be that they require of us certain efforts, in the beginning not wholly agreeable; but we need to be obedient, and to have confidence. The design, spiritual and religious, now opened before us by the Constitution of the liturgy, is truly wondrous: in the depth and authority of its teaching, in the strength of its Christian logic, in the purity and richness of the elements added to Christian worship and sacred art, in accord with the character and need of men in our days. It is also the Authority of the Church, which in this teaches us, in this guarantees to us the Goodness of the reform: her pastoral endeavor to strengthen in men's

souls faith and the love of Christ, and the religious sense of the world" (Address at General Audience, 13 January 1965).

5. The nature of eucharistic devotion has been more amply brought before us by the Constitution on the Sacred Liturgy in its aspect of "Authentic worship, nourished on the Gospel and on the teaching of theology" (Cf. Homily of the Holy Father at the Eucharistic Congress of Pisa, June 1965).

It finds its highest expression in the celebration of the Holy Sacrifice, which gathers into its active participation all the people of God, assembled around one altar, joined together in the one faith and the one prayer, under the presiding bishop or his representative (**Constitution**, art. 41-42).

Among the forms of eucharistic celebration, concelebration, restored by the Council to the common practice of the Church, now assumes a place of special value. But it is not, however to be considered solely as a means of solving certain practical difficulties which sometimes arise with respect to individual celebration, but rather in its true doctrinal significance, as manifesting the oneness of both Priesthood and Sacrifice, the oneness of action in all the people of God, as increase of true charity, the fruit of the Eucharist, between those that celebrate this One Sacrifice.

It will therefore be opportune to promote concelebration in these circumstances in which it can be of profit to the piety of both priests and faithful. But care must be taken that this shall not be to the disadvantage of the faithful, by reducing excessively individual celebrations on their behalf, nor to the disadvantage of those priests who desire to celebrate individually. Because private celebration, even without the presence of the people, retains all its doctrinal and ascetical importance, that concelebration shall always take place with the necessary catechetical and ritual preparation, and with the necessary decorum and solemnity provided for in the Ritual recently published.

6. Since the 7th of March, there has been a general tendency to celebrate **versus populum**; in fact, it is recognized that this method is the most suitable from the pastoral point of view. But this desire, good in itself, has resulted at times in solutions in bad taste, or illogical or forced. The "Consilium" has already given, privately, some directions on this point; as soon as possible, these will be completed and published. We are bound, however, to underline the fact that the celebration of the whole Mass **versus populum** is not absolutely essential for effective pastoral action. The whole liturgy of the Word, in which the active participation of the people is brought about more fully through dialogue and chant and now made more intelligible to them by use of their native tongue, is at present being celebrated facing the assembly. It is to be hoped for that the Eucharistic liturgy may too be celebrated **versus populum**, so that the people may follow the rite more clearly and participate in it more intelligently. But this should not give rise to a hasty and poorly planned reconstruction of churches or existing altars, an act which may cause irreparable harm to other values which should be safeguarded.

The construction of an altar **versus populum** in new churches is desirable, but in present churches this should be brought about gradually by opportune adaptations after careful study with due respect for all values.

However, if it is considered useful to set up, provisionally, a portable altar for celebration **versus populum**, attention should be given to the dignity and decorum that befits an altar which is the **mensa** of the sacrifice and of the banquet of the family of God.

7. Directly connected with the solution of the problem of the altar is the question of the tabernacle. Its position is a problem which requires more than a mere general and uniform directive; it needs a careful study of each individual case which takes into account all the factors, both spiritual and material, of the particular place.

Artists will suggest from time to time the answer which seems the most suitable. But it is for the priests to collaborate with them, pointing out the principles which safeguard the respect and honour owed to the Eucharist and which must permit eucharistic devotion to flourish in all the authentic forms which the Church has recognized as expressions of true Christian piety.

Recommended in a special way, especially in large churches, is a separate chapel intended for the reservation and adoration of the Eucharist. This chapel could readily be used for the Eucharistic celebration on week-days, when only a small number of the faithful participate.

But whatever solution is chosen from among those suggested in the **Instruction** (n. 95), careful attention should be given to the dignity of the Tabernacle. Whenever the local Ordinary approves the expediency of locating the tabernacle apart from the altar, it should be set up in a place that is dignified and prominent in the church, and easily visible to all; it should never be hidden, not even by the person of the priest during the celebration of the Mass. In a word, make it possible to have ever present the sign and the sense of the Lord in the midst of his people.

It would then seem opportune to indicate at once some solutions which have been proposed, or are actually in use here and there, **that do not appear to give a completely satisfactory answer.** For example: tabernacles inserted in a fixed way within the altar and raised by mechanical means at the time of celebration; tabernacle placed in front of the altar, or isolated on a column lower than the mensa; or on another mensa at a lower level, which would seem to duplicate the altar of celebration; or finally, altars built into the apse of the churches or left in the dorsal of a pre-existent altar before which, or immediately below, is placed the celebrant's chair.

More detailed instructions will be issued on this problem, along with those mentioned above regarding the altar.

8. In the furnishing of churches according to the postulates of the liturgical movement, there have been some exaggerations in the matter of sacred images. From a situation in which churches were cluttered with images and statues of saints, some have now gone to the opposite extreme, creating a *tabula rasa*, and casting out everything. In some churches, one seldom sees a sacred image. Sometimes this has been done without giving adequate instruction beforehand, thus bringing about a harmful reaction, and causing detriment to the spiritual interests of the faithful.

There is no doubt about the fact that the mysteries of the Redemption, the Eucharist, must be at the heart of worship, but in harmony with this, though in a subordinate way, there remains in perfect conformity with the Constitution (art. 103, 104, 108, 111), the cult of the Virgin Mary, Mother of God, and of the saints. This is Catholic teaching, consoling and enlightening. A zeal that is enlightened and in accordance with the Church's attitude, realizes that everything in the house of God has a message, everything speaks, everything must preserve the sense of the sacred, and the sense of mystery.

9. Until 1947, the liturgical movement was initiated, supported and guided by the private enterprise of individual volunteers, or religious communities, who generally had to face expenses and sacrifices to promote by publications, liturgical weeks and other initiatives, the knowledge and study of the liturgy.

Pius XII, in 1947, placed the movement under the direct guidance of the Sacred Hierarchy (Enc. *Mediator Dei*, n. 108).

This status was re-inforced, and so to speak, canonized by the Second Vatican Council which gave to Episcopal Conferences, individual Bishops and diverse Ordinaries, powers which before were the exclusive right of the Apostolic See. The consequences of this fact are evident. The liturgical movement has been given a competency and high recognition by the Church. The groups, religious communities or individuals, who had promoted

it are deserving of the highest praise; they have rendered a truly wondrous service to the Church. In order then that this spiritual richness, produced by them, may continue its sanctifying action, it is necessary that all dedicate themselves more deeply to follow the path traced out by the Church, within the norms and limits judged most fitting under the supervision of the Sacred Hierarchy.

We are striving to find, in harmony and agreement, the best and most valid method of close collaboration; let no liturgical center remain, henceforward, in isolation or merely on the margin of the master plan traced out by the Church.

Let periodicals of liturgical or pastoral character continue their generous work of study, research, and intelligent and serious promotion of the sacred liturgy; but let them avoid publishing news of initiatives and projected reforms which are clearly contrary to the present legislation or betray an inferior or false sense of the liturgy.

All this I have wished to write to Your Excellency, and through you, to express my heartfelt wishes to everyone, to all the clergy, to the wonderful groups of our organized laity, especially the young, to the legions of religious men and women who, at this time of special responsibility, labor with zeal and enthusiasm that the faithful, through the liturgy, may experience ever more deeply the mystery of Christ.

With this greeting, I wish to express my fraternal and earnest thanks for whatever you may be able to do, so that these directives become known and be put into faithful practice.

With heartfelt good wishes, I remain

devotedly and sincerely yours in Christ

(Sgd.) Giacomo Card. LERCARO
President

CONSILIUM AD EXEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

DUBIA

Solutio quae proponitur nullam induit vestem officialem. Solummodo habet valorem orientativum: solutiones enim ex officio publici iuris fient, si casus fert, a competenti Auctoritate in «Acta Apostolicae Sedis».

AD INSTRUCTIONEM

Ad n. 36, d:

38. Utrum norma de omittendis osculis manus et rerum, quae porriguntur aut recipiuntur, vim habeat cum Episcopus celebrat tam forma sollemni quam non sollemni?

Resp.: Affirmative.

39. Utrum osculum anuli Episcopi communionem fidelibus distribuentis omittendum sit?

Resp.: Affirmative.

40. Utrum celebrans et ministri, res, veluti paramenta, accipientes, osculari debeant?

Resp.: Negative.

Ad n. 57:

41: Dicitur «in Missis sive in cantu sive lectis, quae cum populo celebrantur, competens auctoritas... linguam vernaculam admittere potest». Et in decreto pro quadam natione dicitur «In Missis quae cum fidelium concursu celebrantur».

Cum populo videtur innuere ad assistentiam actuosam participantium; dum concursus fidelium haberi potest etiam absque

actuosa participatione. Estne hic ultimus casus ratio sufficiens ad adhibendam linguam vernaculam?

Resp.: Certissime. Immo, a fortiori, cum passiva adsistentia etiam ex hoc capite pendet quod fideles nihil intelligunt, neque de verbis quae proferuntur ad altare. De cetero expressiones *cum populo* vel *consursu populi* idem sonant.

Ad n. 78, a:

42. Quaeritur utrum religiosi itinerantes, recitatione choralis divini Officii onerati, teneantur (etiam ut hospites in domo, quae non ad Officium divinum in choro recitandum obligatur) omnes Horas Canonicas privatim recitare?

Resp.: Affirmative. Hi religiosi non eximuntur, ratione can. 14, § 1 et 3, ab observatione legum personalium. Lex vero divini Officii, vi Constitutionum religiosarum seu professionis sollemnis ac vi Ordinis sacri, est personalis.

Ad n. 78, c:

43. Possunt Ordinarii religiosi vi art. 97 *Constitutionis* de sacra Liturgia et art. VII Motu Proprio «Sacram Liturgiam» in casibus singularibus et iusta de causa a recitatione Divini Officii dispensare etiam singulas communitates ex toto vel parte, aut commutare?

Resp.: Negative. Art 97 *Constitutionis* est obviuus: «in casibus singularibus». Nullo modo agitur de dispensandis communitatibus choro adstrictis. Ideo Motu Proprio «Pastorale munus» n. 24 concessit Episcopis facultatem reducendi obligationem choralem Capitulorum. Clare tandem excluditur talis interpretatio in *Instructione* diei 26 sept. 1964, n. 78, c, ubi pro regionibus Missionum peculiare conceduntur facultates, sed «salva disciplina choralis religiosa... iure statuta».

Ad nn. 80-84:

44. Utrum Officia parva post instaurationem sacrae Liturgiae abolenda sint?

Resp.: *Constitutio* art. 98 et *Instructio* nn. 80 ad 84 supponunt existentiam Officiorum parvorum etiam post instaurationem sacrae Liturgiae.

AD ORDINEM MISSAE

Ad n. 59:

45. Cum celebrans, in precibus ad gradus altaris, non amplius se signet ad verba *Adiutorium nostrum in nomine Domini*, quaeritur, utrum Episcopus se signare debeat, eaedem verba dicens, ad benedictionem in fine Missae?

Resp.: Negative, congrua congruis referendo. Nam in utroque casu signum crucis ad verba *Adiutorium nostrum* omittitur, ne bis successive celebrans se signet.

Ad nn. 44 et 45:

46. Utrum diacono, qui in Missa secundum n. 44 et 45 *Ritus servandi* legit aut cantat Evangelium, liceat etiam homiliam habere?

Resp.: Affirmative, post debitam, ab Ordinario obtentam facultatem, secundum C.I.C., can. 1342, § 1.

47. Utrum diaconus, qui in Missa lecta secundum n. 44 et 45 *Ritus servandi* legit Evangelium, possit etiam in aliis partibus Missae assistere more diaconali?

Resp.: Affirmative.

Ad nn. 44-46:

48. Vidi Missam lectam «versus populum» celebratam, in qua Epistola lecta est a dexteris celebrantis, Evangelium vero a sinistris. Quaeritur, utrum talis modus sit correctus, an procedere debet sensu opposito, sicut fiebat in antiquis basilicis?

Resp.: Si unus tantum habetur ambo, omnes lectiones ex eo proferantur. Unicus autem ambo a dexteris vel a sinistris altaris collocari potest, prout, iuxta ecclesiae et presbyterii structuram, magis opportunum videtur.

